

№
137

*De variis peregrinationum
generibus*

I. N. J. C. C.

Ad

PEREGRINATIONIS SOCIETATEM,

vel ad

ACTUM ORATORIUM,

QUO NONNULLI ELOQVENTIÆ TYRONES IN POTIORA EUROPE
REGNA EXSPATIATI MATERIAM DICENDI INDE
SUMENT

*die 29. Decembr. 1707. in Schola, audita horâ nonâ matutina,
instituentum,*

VIROS

Summè plurimumq; Reverendos,
Nobilissimos, Clarissimosq;

DOMINOS INSPECTORES,
PATRONOS

& Rei literariæ, quotquot Chemnicium habet,
FAUTORES OMNES,

officiose atq; peramanter

invitat

M. DANIEL MÜLLERUS;

Rector Sch. Ch.

~~Chemnicii, literis STÖSSELIANIS.~~





Xpediatne, an potius noceat, mutato corio, licetq; paterno foco, li-
berose aeri concedere, atq; exteris salutare provincias, de eo mi-
ra ubiq; deprehenduntur sententiarum divortia. Sunt, qui hanc
mediocritia a peregrinandi studio sibi pollicentur emolumenta,
idq; propterea summis extollunt laudibus; *humiles istas & ple-
bas esse animas, que domi resideant & affixa sint suæ terre; illas
contra esse diviniore, que caelum imitentur & motu gaudeant*, cum Lippio (1)
affirmantes. Hos inter nonnulli, in quibus & *Carolus Cæsar Baudelotius de Dair-
val* (2), nomen profitetur suum, integris & iustis voluminibus, alii vero, *Jacobus* (scilicet
Thomafius, (3) *Thomazq; Laysius*, (4) notissima eruditio nomina, *Johannes item
Breverus*, (5) Eloquentiæ quondam in Rigenfi Athenæo Professor non inglorius,
M. Elias Francus, Gymnasi Islebiensis Rector doctissimus, plures ut taceamus, bre-
viter atq; strictim rem expedire cægerunt. Neq; tamen desunt, qui ad certissimum
quemq; peregrinatorum longè plus intertinenti, quam commodi redundare, ex-
perientiâ, optima rerum magistra, edocti statuere non dubitant. Gravissima sanè
menti obversatur *Laysii*, quem modo nominavi, querela, *Quantus*, inquentis, (7)
*eorum est numerus, de quibus spes concepta erat, fore, ut aliquando Agamemnonis
personam sustinerent: qui tamen ex Italia, aut alio voluptatum stabulo reduces, ubi
perdito etatis vere intra paucos menses aut annos sibi tristissimam vitam hyemem acce-
lerarunt, domi vix Ibersitan agere potuerunt*. Quam rem secum pensitantes nonnulli
terrarum Domini, & ii quidem perspicacissimi, (quos illos haud dubie imitati *Lacones*,
quibus peregrinari, ne morum peregrinorum vitæq; incompositæ contagium attra-
herent, concessum haud erat,) severe edixerunt, ne quis subditorum, ex Procerum
præcipue liberis, ipsi haud contentionibus, patrio solo in difficias egredietur pro-
vincias: quali edicto non tantum **FRIDERICUS WILHELMUS, PO-
TENTISSIMI BORUSSIÆ REGIS PARENIS** (8), sed & **ANGLIÆ
REGIS** nimiam peregrinandi cupiditatem in suis reprimere atq; cœrere labo-
rarent. Tanquam ego litæ componere, et soluma quas cuiusdam vicem in te susce-
pere, hæc sibi pro fusio propulerat. Verum tacitus postea mecum agitabat, in præ-
dixi esse, omnem hæc dirimere controversiam, dicendo nimirum, prædicari pere-
grinationes et suaderi hominibus posse, si peregrinabitur pietate, virtutum omnium
regina, rectaq; ratione individuè itineris omnibus utatur, et præterea regulas pru-
dentiorum virorum sequatur apodemica, quales celebratissimum Angliæ Cancel-
larium *Franciscum Baconem de Verulamio*, (10) dictum supra *Baudelotium*, (11) alio-
sibus; suggestisse animadvertimus, disvaderi vero & culpam, si vel implumes adhuc
nubibus mæceantur aviculæ, vel deteriores revertantur homines, quam e patrie sinu
fuere emissi, ob ridiculam morum alienorum affectationem *Labiisti a Thoma Moro*
falsè admodum atq; facete exagitato (12) quam simillimi. Quæ de causa migravi pro-
positum, atq; hic de *variis peregrinationum generibus*, quantum quidem capit pa-
gina exiguitas, pauca commentari constitui. Et primo quidem animo
subeunt *Peregrinationes Religiosæ*, vel religionis causa susceptæ. Videas
sic peregrinari **ETHNICOS**, quoslibet ad Dianam Ephesinam, Jovem
Amonium, *Quercum Dodonæam*, montem Epidaurium, templum *Æsculapii*, aliaq;
loca ipsi sacra magno confluerunt numero. (13) Videas sic peregrinari **TURCAS**,
qui Meccam magno nisu, & quidem, uti volunt videri, non tam lucri, quam religio-
nis causa petunt: cuius peregrinationis stoliditatem *Ludovicus Mar-*

rac-

(1) Centur. I. Epist. 22. p. 26. (2) Edidit hic librum de l' utilité des voyages & de l' avantage, que la
recherche des antiquités procure aux Savans i. e. de Utilitate peregrinandi & commodis, quæ antiqui-
tatum investigatio conciliet eruditio, Parisiis Ao. 1636. (3) in Dissertationibus prædicti editis, Program-
mate XLII. de Peregrinationis Usu & Abusu p. 430. seqq. (4) in Consultationibus p. 345. edit. Amste-
lodam. (5) in Orationum Parte altera p. 39; seqq. (6) in Dissertationibus five Programmatis, Pro-
gramm. 80. pag. 213. (7) in Consultat. p. 11. (8) Vide Celeberrimi Zen zelii, quem haud ita pridem
ademptum Resp. literaria non parum luget, Colloqui Mensur. Ao. 1695. p. 240. (9) Ex Seldeni Jano
Anglorum allegat Christophorus Zefoldus Operis Politici P. II. c. 6. p. 26. (10) in Sermonibus Fidelibus
c. 17. p. 83. seqq. edit. Lugdunens. vel in Operibus Beconis Hassinæ editis Ao. 1694. pag. 1167. seqq.
(11) loc. cit. p. 695. (12) Factum id est carmine elegantissimo, quod legere licet & in Lansio, l. c. p. 6. & in
Thomafio l. c. p. 490. seqq. & in Elti Franco loc. cit. p. 230. (13) Vide Exercitationem Historico Theo-
logicam de Peregrinationibus Religiosis Judaico-Ethnico-Pontificis sub Præfatio Dn. D. Michaelis
Fœrtech, Jenæ Ao. 1705. habitam.

raccius, Innocentii XI. olim Confessarius (14) partim inde, quod erant
 Muhammedani, ab Adamo institutam eam esse, cuius in urbe Mecca templum,
 diluvio ingruente, in Paradisum fuerit translatum, id vero, quod nunc superest, Abra-
 hamum & Ismaëlem juncta condidisse operâ, partim etiam ex legibus, peregrinato-
 ribus observandis, & iis quidem ridiculis planè atq; absurdis, utpotè quæ illo tempore
 a mactatione animalium venaticorum, a cæde pediculorum, formicarum, locustarum,
 muscarum &c. abstinere jubeant, demonstrat. Videas sic peregrinari etiam
CHRISTIANO S. præcipuè Pontificiorum sacris inuictos, qui, quasi summum,
 quod omnia moderatur, Numen non ubiq; locorum sancto cordis affectu coli rite
 possit, longinquæ suscipientes itinera modo ad Jacobum Compostellanum, modo ad
 Mariam Lauretanam, modo ad Basilicam S. Petri, quæ Romæ est, ubi, teste Marrac-
 cio, singulis annis circa Pascha, triginta circiter peregrinorum conveniunt millia,
 fervidis rotis contendunt. Non alienum forte foret; monere hic, religionis ergo
 peregrinantes, ex mente quorundam Pontificiorum, trium esse classium: er alios
 quidem *Palmarios*, qui nempe Hierosolimam visitaverint, a palmiarum
 ramis, quos signi loco inde reportare consueverint, alios *Pelleginos*,
 qui sanum D. Jacobi in Galicia adierint, alios deniq; appellari *Romeos*, qui Romam
 commigrarint; (15) verum præstat ad *Literariam Peregrinationem*, qua discipli-
 narum et eruditionis consequendæ studio exterae nationes peragunt, sedem promo-
 vere. Et novimus quidem, tempus extitisse, quo Grecis, qui sapienter aliquid ni-
 tra patriæ suæ genium vellent, peregrinationes planè forent necessitæ, eo quod non
 ita commoda bonarum literarum, veluti hodie, esset annona. Corte *Phœnicia* civitas
 quidem Miesus, antiquo tamen stemmate claris annumerandis Phœnicibus, quem
 rectè primum Orphicæ Philosophiæ restauratorem dixeris, magnæ in vita partem ite-
 neribus consumendo, et Creteæ primo, dein Phœniciam, post Ægyptum, Ægyptosque
 lustrando, (16) maximam sibi peperit eruditionem, atq; inter septem Græciæ sapientios
 princeps vocari meruit. Et quot quæso terras Samius ille Philosophus, *Pythagoras*,
 doctrinam unius omnium maximè egregiam sibi comparaturus est emenius? Vasto
 enim ipsius ingenio unus *Phœcydes* non sufficerebat; unde is primò in Phœniciam
 se contulit, ac initiari se sacris omnibus, Tyri ac Sidone reliquisq; Phœnicium urbibus,
 permisit; post in Ægyptum delatus ad omnem scientiarum Ægypti genus ægre admif-
 sus, elapsis duobus et viginti annis a Carnyfe, facta in Ægyptum irruptione, cum aliis
 captivus Babylonem fuit abductus, a Chalœis; & Perfarum Magis omni sapientia
 ulterius imbutus. An Hebræorum, quoq; atigerit terram, dispuent erud. i, hoc
 interim nobis concessuri, Pythagoram minimum cum Hebræis in Ægypto et Babylo-
 ne, diu multumq; conversatum esse, atq; non pauca ipsorum placita imbibisse, dum
 id sacis *Hermippi ἀνδρός περί πύτων ἰσοπέλιον ἐπιμελέας*, uti a Josepho vocatur, testimo-
 nio innoscit. Is enim postquam, apud Josephum, indicaverat, ab aqua foetida absti-
 nuisse, atq; ab omni blasphemia recessisse Pythagoram, hæc addit verba: *πύτων δ'
 ἐπερτίε, καὶ εἰδὼς καὶ ἰσθδίων καὶ θεακίων υἱοῦ μινος καὶ μεταφίσεως εἰς ἐαυτὸν ἰ. e.*
*Hæc autem agebat ac dicebat Judeorum ac Thracum opiniones imitatus atq; in
 semet ipsum transferens; et statim pergens denuo testificatur, τὸν ἀνδρὰ ἐκείνον πολ-
 λὰ τὸν παρὰ Ἰσθδίων νομίζων εἰς τῆν αὐτῆν μετενεχέν Φιλοσοφίας, i. e. hunc virum mul-
 tas Judeorum leges in suam transfulisse Philosophiam. (17) Ad Platonem si accedi-
 mus, & is sibi, scientiæ acquirendæ gratia, peregrinandum existimavit, sicuti itineris
 Platonici rationem iusto ordine exponit *Disputatio* superiore anno de *Platonis Pere-
 grinatione* habita. (18) De aliis Veterum, qui, ut sapientiam diversis ex sedibus con-
 quirerent, multum terrarum peragrarunt, dicere jam angustia pagina prohibemur,
Lectorem Benevolum ad Alexandri ab Alexandro Dies Geniales (19), Joh. Woverrii
 Polymathiam (20) Jac. Thomasi Programmata (21) &c. interea ablegantes. Erat &
 olim *Peregrinatio*, quam *Medicam* dicere posses, recuperandæ sanitatis causâ insti-
 tuta,*

(14) in Prodro mo ad Refutationem Alcorani P. IV. cap. 15. Vide Acta Erudit. A. 1692. pag. 379. (15) Discrimen
 hoc observat Vir ob complures ingenii sætus doctis notissimus Egidius Menagius, in Originibus Lin-
 gva Italicae tractatæ scriptis, ad vocem Palmiere: quæ de re confer. Act. Erud. A. 1686. p. 544. (16) Leges si-
 plicet, M. Joh. Fickelii Disputatæ: de Ortu Philosophiæ Græcorum, hab. Lips. A. 1695. (17) Adducit hoc
 Hermippi testimonium Josephus, Judaicae Historiæ scriptor. l. 1. contra Apionem p. 1046. edition. Colo-
 niens. publ. Anno 1697. (18) habita est Wittebergæ à Joach. Neresio. Præfide M. Joh. Gvilielmo Jano, d.
 4. Aug. A. 1706. (19) l. 6. c. 5. p. 328. (20) cap. 28. p. 332. seqq. (21) loc. cit.

cuta, et hac quidem ratione, ut itinera certis morbis profutura ab aegrotis suscipiantur; et Romani Phœbifici, vel propter navigandi longinquitatem, vel propter Aegyptiaci cœli salubritatem, Medicorumq; Alexandria copiam & peritiam, Aegyptum, alii eodem morbo laborantes Forum Julium Umbriae, comitali duc astis & Anicynam, alii alia loca peterent, veluti Salomo Cellarius (22) docet. Cui peregrinationi haud præter rem illam posses componere, qua hodie ægri Thermas Carolinas, Aquisgranenses, Badenenses aliasq; ad corporis ægritudinem depellendam adeunt. Hic ut mentionem sui faciamus, aurem nobis quasi vellicat *Peregrinatio Politica*, qua homines ad Reipubl. clavum sessuri, extra patriam, quanta prudentia atq; diligentia imperium administratur, sollicitè observant, ut domi, quæ in rem esse censent, in utilitatem convertant suam. Quo nomine laudem meruere *Norimbergenses*, qui felicem nacturi Rempubicam certos homines ad multas miserunt urbes, ut, Romanorum Veterum (qui ad Athenienses miserunt) viris prudentibus non flocci habendo exemplo, aliarum gentium laudabiles leges in usum suum transferrent: ubi quidem Valentis in Hannonia eas invenerunt consuetudines, ut cupide statim nonnullas arripere, quemadmodum *Abrahamus Gilvinius* (23) testatur. Possemus de illa *Peregrinatione*, qua

Impiger extremos currit mercator ad Indos, cujus magnum instar reperimus in Carolo V, qui expeditiones, profectionesq; novem in Germaniam, septem in Italiam, quatuor in Galliam, sex in Hispaniam, decem in Belgium, duas in Angliam, totidem in Africam, mari undecies emenso, haud detrexit. (24), possemus de aliis ejusdem generibus non nihil verborum facere; sed omnia hæc omittentibus ista jam per placet *Peregrinatio*, de qua *Lantius* (25) ait: *Dum corpore non peregrinor, animi causa interea peregrinor animo, et cogitationum alis florentissima Europæ regna frequentius enectior*. Non cuivis licet adire Corinthum et terras alieno calentes sub sole, neq; longinquæ excursionis hodie, dum domi habemus Duces, quos ad omne literarum genus via regia sequamur, sunt adeo necessaria. Multis sufficere potest animo peregrinari, in qua peregrinatione acquiescunt etiam nostræ curæ commissi discipuli. Sunt aliqui inter hos, qui animo potiora Europæ regna pervagati, quid memoratu dignum ibi hoc anno viderint, circa finem ejusdem exponendi cupiditate exastuant. Data ergo licentia hoc surgent ordine:

- I. *Benjaminus Gottlob Garmannus, Chemn. si satius esse animis quam corpore peregrinas perlustrare regiones ostenderit, Auditorum gratiam aucupabitur.*
- II. *Heinricus Wilhelmus Andreae Pliff. Mistr. de Constantia Johannis V. Portugaliæ Regis in tuendis Fœderatorum partibus disseret.*
- III. *Godofredus Zillius, Glauch. Mistr. in Hispaniam abiens Carolam III. Hispaniæ Regem pressum quidem, sed non oppressum sisset.*
- IV. *Job. Christophorus Liebmannus Tschopau. Mistr. licet latine doctus sit, tamen quia juventutis maxime interest, exercere quoq; vernaculam, vernacula, ex Gallia, memorabilem Telonis Martii obsidionem exponet.*
- V. *Job. Christianus Ludertus, Guben. Lus. de felici Angliæ & Scotiæ Unione aget.*
- VI. *Job. Ernestus Marbachig, Waldhain. Mistr. in Germania hærens Saxoniam et malis suis paulisper emergentem Carmine latino Heroico expendet.*
- VII. *Carolus Gottlob Wernerus, Chemn. de auspiciatissima Regni Neapolitani occupatione dicet.*
- VIII. *Job. Jacobus Freieslebius, Dresdens. fido itineris comiti magnas deberi gratias sibi breviter monstraverit, gratias Auditoribus per solvet decentissimas. Omnes hi ex prompta locuturi sunt memoria, quibus non exiguum addetur calcar, si Vos, Patroni atq; Fautores summopere colendi, benevole intra limina scholastica comparere, atq; vestro favore ipsos in itinere benignissime adjuvare haud gravemini: id quod ut fiat, ea, qua par est, observantia, obsecro atq; obtestor.*

(22) in Originibus & Antiquitatibus Medicis, quem libellum filii doctissimi præmatura morte abrepti doctissimus Pares. Christophorus Cellarius, quem ipsum etiam hic, qui ad finem suum vergit, annus. ingemiscens cunctis eruditus, abstulit, auctorem eisdem Aq. 1701. (23) in Lun. Belgic. Gall. p. 133. (24) Vi. de Becmanni Hill. Oro. Terrar. Geogr. & Civil. p. 452. (25) in Contul. p. 6.

F.A.
118,
26.

II 0
137

*De variis peregrinationum
generibus*

I. N. J. C. C.

Ad

PEREGRINATIONIS SOCIETATEM,

ACTUM

QVO NONNULLI ELOQVE
REGNA EXSPATI.

die 29. Decembr. 1707.

V

Summè plurim

Nobiliffi

DOMINOS

PAT

& Rei literariæ, qu

FAUTOR

officio

M. DANIEL

Rec

Chemnicii, li

BIBLI
PONICI



UM,
ORA EUROPÆ
INDE
tutina,

endos,
DRES.

habet,

